Fragmentarium

5160

Descriptio Nominum Instrumentorum que in Astrolabio ponuntur.

Ad intelligendum Cano-
nes utilitatis astrolabii de-
claratas, premittende sunt descrip-
tiones terminorum seu nominum instru-
mentorum que in astrolabio
ponuntur. Sunt autem nomina illorum instru-
mentorum plura. Primum est armilla
suspensoria. Et est illud instrumentum per quod
suspenditur astrolabium ad capiendum altitudines
solis de die et stellarum de nocte, et arabice dicitur
Alhamagaya vel alhamira. Secundum
instrumentum dicitur alhabum, id est ansa vel clavus qui
iungit armillam cum astrolabio. Alii dicunt
quod alhabum sit foramen circa summum astrolabii
infixum in quo armilla movetur. Tercium
est mater rotula continens in se tabulas regionum
in quibus sunt 3 circuli super centrum eius-
dem tabule descripti, quorum minor dicitur circulus [illegible]
Cancri. Medius equinoctialis sive circulus
Arietis et Libre. Vocatur maior vero circulus
Capricorni. Et in extremitatibus matris
rotule per circuitum 3 limbus in aliquibus
instrumentis continetur, in aliquibus vero
non, in 360 partes divisus qui et Marge-
labrum id est labrum marginis nominatur. Deinde
sequitur almicantarat, id est circuli progressionum.

…BONENSIS ✱ BIBLIOTHECA …

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 5160, Cod5160_1r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-klus/2728/31124)